N° 43
18 Agosto
1472

SIXTUS PP IIII

Dilecti filij salutem et apostolicam benedictionem. Volumus et vobis harum serie committimus et mandamus: ut casu quo aliquae pecuniae: Argentum: et aurum: quae in una Arcium nostrarum Vetralle Roncilionis: capralice: blede: et monterani absconditae sub terra esse dicuntur: reperirentur: opera cuiusdam: quem vobis lator presentium nominabit: ex ipsis pecunijs sic inventis immediate huiusmodi inventori et monstratori tertiam partem pecuniarum solum dare et cum effectu solvere debeatis: prout eidem promisimus et per presentes promittimus: nomen ipsius inventoris et thesauri huiusmodi reperti secretissimum semper tenentes: sub iuramenti et excommunicationis late sententie pena a qua a nullo preterquam a nobis vel successore nostro romano pontifice: excepto mortis Articulo: absolvi possitis. Reliquum vero eiusdem thesauri salvum et integrum ad nos statim mittere curabitis omni mora et dilatione postpositis. Datum Rome Apud Sanctum Petrum Sub Annulo piscatoris die xviij Augusti Mcccclxxij Pontificatus nostri Anno Primo: —

L. Grifus